

Fragmentary text from the adjacent page, including the words "pella" and "pella" in a Gothic script.




9. d. 519



AB 46735

2 E. 136. I 410





DE NON CONTEMNENDIS
Studijs hūaniorib⁹ futuro Theol
ologo maxime necessarijs alijs
quot clarorū virorum ad
Eobanū Hessum
Epistolæ.

D. Martini Lutheri vna
Philippi Melanchthonis duæ
Petri Mosellani vna
Iodoci Ionæ vna
Ioannis Draconis duæ
Hessi vna ad magnificū .D. Georgiū
Sturtz Rectorem Gymnasilij,
Eiusdē de Contēptu studiog⁹ Ode vna
Eiusdem ad magnificum Senatū Er
phurdiensem παρακλησις Carmine
Elegiaco,
Cum quibusdam alijs.

*Conrado Knobel Scholmbergensis
est vna possessore huius libri d. 1540*

MAGNIFICO VIRO D, GEORGIO STVR,
tizio Rei Scholasticæ apud Erphordiã princi-
pi Rectori, Bene merenti Amicis Suis
Eobanus Hessus S, D,

Cū postridie Calendarū Man nuper habitis comitijs, fre-
quētib⁹ ordinū suffragijs princeps designat⁹ paucis post
diebus eū magistratū inisses Magnifice Georgi, certa spe
erexisti animū meū fore vt collapsa res literaria, oppres-
saq; ac pene extincta studia, tua virtute, tuaq; opa restitui-
rentur. Qua pulcherrima de te concepta opinione cū tuū
sit præstare vt ne fraudemur, tum ego quoq; hoc libello
(tantum abest vt desperem) & admonere te sum ausus &
hortari vt huius provinciæ administrationē fortiter sus-
cipere, susceptam fortissime aduersus coim hostiū latro-
cinia tueri audeas. Indignū ratus minimeq; ferendū bonis
quibusq; tantum audaciæ, aut licentiæ potius, aduersarijs
permitti, qui prætextu pietatis magnam literarū studijs
cladem, pestemq; inuexerūt, hodieq; inuehere non cessant.
Quorū vt improbitati qua possem ratione obsisterem &
naui plenis iam velis currenti ceu εΧΕΥΕΙΔα inicerem ex
multis alijs selegi aliquot clarissimorū virorum epistolas
eius maxime rei testimonia longe maxima, quibus pro-
barem conuiciatoribus istis quibusdā indoctissimis, sunt
n. ex præconibus Euāgelij plurimi & docti & boni, quis
neget?) nequaquā suæ sententiæ accedere eos quibus ipsi
tanquā eius rei authoribus falso gloriantur, cum cōtra hñ
nihil velint minus, vt ex eorum literis cognosces, cōmitti
quā vt a literarū linguarūq; cognitionibus discedatur. Est
oīno verum mi chariss. ac humaniss. Georgi, pestem esse
maximā, emergente iam veritate Euangelica ea studia de-
serere, quæ illam non solum conseruare. sed & perpetuæ
posterorū memoriæ possunt transmittere, & quod caput
est, longe lateq; gentiū propagare. Quod si quis est qui ve-



L57

rum esse non videat, oculos suos odisse, aut etiam eruisse
iam dudum debuit. Quid igitur? Nobis adnitendū summa
ope censeo, tibiq; in primis, cuius prudentiæ fideiq; labo-
rantū studiorū credita salus, cōmissaq; instauratione est, ne
quotidie ingrauescentis mali contagio serpat latius, neue
illud quod excitatū a coniuratis est literarię ciuitatis incē-
dium ruina potius (quæ istorū Catilinarū summa voca-
sunt) quā aqua extinguat. Macle igitur animi istius cla-
rissime Rector, conserua nobis literarū studia, nosq; studijs
te ipsum vtriusq;. Non deerunt in tam præclarū facinus au-
xilia tibi, habesq; iam idem tecū sentientes viros cū opti-
mos tum modis om̄ibus studiorū amantissimos D. Hen-
ricū Leonem literarię cōmanipulationis decurionem ac
omnino in administranda re Scholastica collegam tuum
D. Lodouicum Placentam Melosingum. Martinū Hunū
aliosq;, quos nominatim recensere non est huius epistola-
ris angustiæ, inter quos me quoq;, si quid in me opis esse
putabis, habes in istam expeditionē, vt ne ἀλλυγορικῶς
καὶ μεθαφορικῶς desinam, militem nō omnino
instrennuū futurū. Cuius animi mei signū li-
bellū hūc, quē tuo clarissimo nomī inscrip-
tū volui, in vulg^o emisi, Tuū iā est emi-
ssum sic accipere tueriq; vt facile
appareat om̄ib⁹, Necte studijs,
nec tibi studia ad cōseruan-
dā dignitatē Scholę, cui
pręfectus es, defuisse.
Vale Erphurdie
Ex ædibus
nostris die Assumptio-
nis Christi. M. D. XXIII.

A 5

MARTINVS LVTHERVS EOBANO
Hesso Poetae in Christo fideli, fratri
suo chariss. S.

Gratia & pax. Literas tuas suauissimas reddidit Crocus
noster suauissimus comes Iacobi Fuchs & Petrei, Capti-
uam vero exhibuit Philippus, Haecenus forte satis fuerit
ad te scribere rudem Lutherum, tantum ut responderet tibi
optime Eobane Nam quid scribam amplius, qui vellem
te non nisi tuis Musis digna legere? etiam si scio animi tui
candorem ut viliora quoque non contempnas. De Captiua quid
iudicem tu ipse poteris iudicare, neque enim adeo tibi cornea
fibra est ut te non sentias, neque tam φιλαυτος ut te ipsum
palpes. Sed ut etiam te superes, tamen in hoc te non super-
abis ut Captiuam displicere vel mihi vel tibi credas, pro-
dibit autem ipsa in lucem propediem & authorem suum,
etiam sine nobis, qualis sit ostendet, nec inuidiam ipsam
formidatura, caeterum nisi scirem te responsurum pro decoro
seruando, abs te factum esse, causarer meo nomini nimium
hoc insigni opusculo tributum, alijs des nominis (ait ille)
huius honorem, feram tamen imeritam gloriam qui tot me-
ritas ferre assuetus sum ignominias, ceterum timores isti vni
te nihil moueant vbi timetis fore ut barbariores fiamus
Germani quam vnquam fuerimus casu literarum per Theo-
logiam nostram, habent quidam suos quoque timores sepius
vbi nullus est timor Ego persuasus sum sine literarum peri-
ria prorsus stare non posse sinceram Theologiam, sicut hacten-
us ruentibus & iacentibus literis miserime & cecidit
& iacuit, Quin video nunquam fuisse insignem faciam verbi
dei reuelationem nisi primo, velut praecursoribus baptistis,
via pararet surgentibus & florentibus linguis literis, plane ni-
hil minus velle fieri aut committi in Iuuetute quam ut poesin
& Rhetoricen omittant, Mea certe vota sunt ut quam plu-
rimi sint & Poetae & Rhetores, quod his studis videam, sicut

nec alijs modis fieri potest, mire aptos fieri homines ad
sacra tam capeſſenda tum dextre & foeliciter tractanda, fa-
cit quidem ſapientia linguas Infantium diſertas, ſed donū
linguae non vult contemni. Quare & te oro vt & meo (ſi
quid valet) precatu agas apud veſtram Iuuentutē vt ſtren-
nue & Poerentur & Rhetoricentur, viuit Chriſtus ego ſe-
pius indignor mihi etiam hac ætate & his moribus,
non permitti tempus aliquando Poetas & Rhe-
toras verſandi, Homerū mihi emerā vt Græ-
cus fierem. Sed ſatis te his nugis eſſe mole-
ſtatum Tu de Luthero tibi perſuade id
plane quod de tua Captiua perſua-
dere poſſis, ac optime Vale in
Chriſto fortis Amen.

Die Palmarum.

M.D.xxiij.

PHILIPPVS MELANCHTHON EO

bano Heſſo Poetæ fratri ſuo

Chariff. S. D.

Captiuam accepimus modis omnibus dignam quā ma-
numittamus, quæ quantum laudis adiectura ſit, non dico
nomini tuo, ſed huic ſæculo, facile potes conijcere, quod
hoc argumento nihil antea ſcriptum extet. Quis .n. eccle-
ſiæ calamitatem ſtylo miſeratus eſt? fuere nuper etiā qui
Satyris debacchati ſunt in hominū vicia, cui generi nihil
vereor anteferre querelas quæ mitiorib⁹ affectib⁹ conſtāt,
p̄inde operi tuo mi Eobane faueas, & de Eccleſia cui non
nullā tui partem debes bene mereri te hoc officio iudica.

A ij

Iam & futurū spero vt hos tandem, qui Theologicorum studiorum prætextu humaniores literas contemnunt, sui pudeat, vbi Theologicum argumentum tam grauius tractatū Carmine viderint. Aut ego vanns vates sum, aut hoc exemplo aliquos in viam reuocabis. Intellego em̄ te sortem casumq; studiorum nostrorū cōmuniter mecū dolere, quæ cum nuper caput sustulissent frigere rursus incipiant, Verum nescis tu eam esse optimarū rerū cōditionem vt conseruari nisi summa cura pertinaciq; labore nō queant? Nam qui prophanas literas fastidiunt, mihi crede, de Theologicis nihilo melius sentiunt, tantū hunc titulum ignauitæ suæ prætexunt Nobis adnitendum est qui elegantiora studia probamus vt imperitam rerum Iuuentutem excitemus, monstremusq; optima Id cum sedulo ago tum nuper oratiūculam habui hoc argumēto, quā vbi vacarit locupletare auctiorē edemus, vt istos Λευδοθεολογοισ vramus, Bone deus quam præpostere Theologiantur qui solo rerū bonarū cōtemptu sapere videri volunt Quid hic error aliud quā nouā Sophisticen magisq; illa priore & stultā & impiam pariet? Hic te mi Eobane declara βασιλεα esse, et Mydis istis præcipe κρομμυα εσθιειν Nos minime segnes milites officium faciemus, Vale, Dolet quib⁹ in Petreū nō licuit satis officiosis esse, Nam Crocum (vt spero) totum habebimus, Vuittemberge,

PHILIPPVS MELANCHTHON EOBA

no Helso Poete και μουσων αρχηγετη

fratri suo charis:

S. De Heroidibus tuis nichil est quod sis sollicitus Nam efficiam vt aut hic aut ad Rhenū cudantur: Nam Lottheranis quibusdā prælis ociū erit Post absolutā ερμηνειαν

nouū testamēti. Macte animi istius incūbe operi, & ostende
& Germaniæ deos esse, vidi nuper Silesij Vrsini Epigrā-
matum libros. Sed nescio qui sit vt nos tua magis delectāt
Quāquam videor mihi iudicio tua probare. Nimis verū
est quod scribis negligi Poeticen a iuuentute, & aut me oīa
fallunt, aut præfagit hoc iminentem literarum ruinam vt
habituri simus indoctiorē posteritatē quā fuere illa Sco-
torum & Anglorum sæcula. Satis constat collapsa Poeti-
ce Rhomæ inclinatham esse eloquentiā. Græcia quoad li-
teras habuit excellentis Poetas aluit, equidem assiduo in
Scholis declamo hoc argumenti, alūnam eloquentiæ Po-
eticen esse, & penū omnis sinceræ eruditiōis, Certe quos
priuatim doceo adhortor sedulo ad faciendos versiculos,
neq; id simpliciter, sed & præludo nonnūquā quāquam
malus Poeta. Mitto collationē Menelai & Vlyssis ex Ho-
meri Iliade, peruersam fortasse, sed versam tamen, vtinam
idem argumenti ludas tu quoq; nā hic multi sunt sequi,
fecimus idem in plerisq; Homericis concionibus. Secun-
dū Iliados totū conuertemus si quid oīi contigerit. Nam
quo ad in hoc populo aliqua vocis nostræ authoritas erit
nemo contemnet poeticen Martinum opinor ad te scrip-
turum, amat is vnice ingenium tuum, dignus vir vel
propter candorem & vere Christianā simplici-
tatem quem vicissim complectare, Ioachimus
adhuc laborat sed remissius, spero Deum
opt. max. donaturum eum precibus
suorū Vale mi lucūdissime Eobane
Petreium. Cordum, & vniuer-
sum gregem amicoꝝ amā-
ter ex me salutabis
Vuittenbergæ.

PETRVS MOSELLANVS EOBANO
Hesso Poetae venae plane foelicis. Suo.

S. Agnosco suauissime Hesse animi tui sincerū erga me
studium facile per hoc, quod cum honoribus meis, tum
prospera nostra valetudine eque ac tuis maximis bonis
gaudere videris, sed utinam quā est gratulatio hęc tua ami-
ca tam esset quoq; vera, equidem honorem nihil moror,
onus autem vel ipsa (quod aiunt) Aethna grauius hume-
ris meis sustineo Porro valetudo sic est affecta, vt a febrili
ardore, vel Stromero meo iudice, parum absit, atq; adeo
hoc est illud morbi genus quod me, iam annus est, istic de-
cumbentē in iecoris inflammationē coniecit. Spero tamē
fore vt mitius nunc hic, quam tum istic, malo hoc defun-
gar. Quo minus miraberis si & rarius ad vos scribimus,
& hoc tempore non modo nihil parimus sed ne parturi-
mus quidem Vos vero nobis foecundiores qui scitū adeo
argutissimorū επιγραμμάτων partum aduersus Leun-
culū istum baubantem ædidistis, mire vero Petrei Aper-
bacchi nostri epistola libello p̄fixa oblectauit sicut eius-
modi rerū studiosos omnes, me ipsum in primis, vt inter
legendū sepe mecum illud βαλλ οντως occinerem, Et tu
nobis, ceu rem nouā, scribis istic procedere & florere recta
studia, quasi nō ipsi hoc cōiecturis assequi possimus, fieri
non posse quin vbi tot sint excellentes viri qui semina
spargant, & optimarū rerum seges paulatim succrescat,
etiam si ineptissimū illud genus hominū barbari nusquā
non velut erucæ obrepentes teneram adhuc literarum se-
mentem si non corrumpunt, contaminant tamen. Quod
autem fortunam accusas quæ Mosellanū vobis inuiderit
vide ne illa ingratitude remuneretur te, qui tot hone-
stissimis pariter & doctissimis viris Lango, Iona, Petreio,
Dracone, Ioachimo atq; alijs multis non contentus suspi-
res hunc hominē q̄ præter vtriusq; literaturę puerilē

quandā peritiā plane habeat nihil, dicam ingenue quod
sentio sincerissime Eobane, Miror multos alioqui ocula-
rissimos viros egregie doctos adeo cœcutire in meis ex-
pendendis, vel mei amore labi, vt me aliquid esse putent.
Nam ipse qui me odisse nec debeo nec possum, præter ho-
nestarum rerum studium, idq; mediocre, plane nihil ag-
nosco tale quale vos & multi alij mihi tribuitis Atq; vtinā
quam mihi non sordet Erphurdia tam ipse essem dignus
quem Schola tam insignis desideraret. Siquidē quod ad
hunc animū attinet nusquā viuere amem, nusquā obirem
libentius, quā apud eiusmodi sodales qui simul sint & in-
tegrissimi & iucundissimi Sed occasio illa hæcenus occi-
pitiū nobis obuertere pergit, Petreiū nostrum resalutato
& vt se studijs optimis adserat hortator. Indignū. n. est fœ-
licissimū hominis ingeniū in leuiculis rebus occupatū ste-
rilescere, Scripsi hæc sub cœnulā quā Cordo hospiti no-
stro parabam Bene Vale & .D. Ludouicū Vicedominū ex
me reuerenter saluta. Item Doctore Henricū Aperbacchū
industriū corporis mei curatore Lypsiæ Nonis Augusti.
M. D. XX.

IVDOCVS IONAS EOBANO HESSO

Poetae amico haud secus atq; fratri
Chariss. Suo.

S. Cōmigravi nunc Eobane mi chariss. cum rebus meis
omnibus Vuittembergam, In paruo oppidulo inueni in-
credibiles literarū & omniū bonarū rerū diuitias, & certe
sic res est præ isto ardore studiorū Gymnasiū Erphurdi-
ense friget, friget autem maxime illorum culpa, qui quod
assequi se posse desperant studiorū genus omne damnant
Questus est mihi nuper per epistolam Forchemius de
Theologis quibusdā vestratis⁹ quā secu, aspiraturo alias
ad titulos Theologicos, tyrannice agāt, Quid isti facturi
B

essent si in reb⁹ magnis nocere possent, qui in tantillis nu-
gis pileolo illo, & infulis magistralib⁹ sic ingenia sua
mala minie celant, Iuua Forchemiū si potes, nam
probe nosti quā sit tum de literis tum de lite-
ratis omnibus bene meritus Carmen ad
Lucam pictorem expecto, plura iam
scribere vetuit aurigæ festinatio,
cui alioqui plures erāt dandę
Saluta Draconē & amicos
reliquos omnes. Vale
in Christo charis-
sime mi Hesse,
Vuittēberge
postridie
Iacobi.
M. D. XXI.

IOANNES DRACO CAROLOSTA/
dius Eobano Hesso Poetæ fratri suo
omnium charis.

S. Si neminem puto miserius institutū q̄ me (nil enim
præter barbariem imbibit, & quoniā flos ingenij atq; æta-
tis a barbaris decerptus est, & idcirco vereor idem, ne nō
solum ijs qui nunc sunt Iuvenes, veniat vsu, Verum etiam
qui futuri sunt, Si quidem non multa fortasse (Quid eim
possem?) At tamen quæ possum facere cogito quo for-
titer, & tanq̄ extenso brachio decertemus, expurgemus,
profligemus barbariem, ne dū isti cæci sunt, nos quoq;

qui musas colimus poltiores, nil vidisse aut certe (quod
turpissimū puto) dormisse videamur. Itaq; demus quęso
operaz ita fœliciter studijs refflorescētibus, ne nil tam huic
seculo q̄ nosmetipsi defuisse putemur: veterēq; exercitiog
vium reuocemus, atq; rem literariam dum viuimus (fre
mentib: licet barbaris) adiuuemus, docendo, agendo, de
clamando, Quid porro magni consequetur in literis, qui
fugitat labores? & si tali primū in minores animo simus,
Qua de re & coram latius colloquemur, aut agamus (si
mauis) per epistolas, quas, quia ingenium tuū humani
tatēq; exosculor, diuinitusa te scribi puto, Ecce autē Iuue
nes quidam, quod paulo tardius ad Studia meliora ventū
est, sic exerceri (si voles) te præside gaudemus, vt si quid
neglectū sit iniuria temporū: Id diligentia exercitationeq;
sarciañ. Equidem cœpi mirabiliter cupere, videlicet reci
tare cū quibusdam idoneis Ciceronis oratorem, Cuius si
priorem saltem librū rite (Quid autem tentare nocebit?)
num putas diuites in re latina, (Sic enim nobis blandiri
interdū solemus) fieremus? Quid tibi videtur? ego vero
pmagni & plurioq; interesse putarē. Ad hæc quid putas &
ori & memorię cōduceret? quæ duo nisi diligētius expo
lieris, nō video quid inter nos & barbaros intersit. Sed da
te mihi in hoc, adhibendūq; censeo Capeliū ad istiusmo
di ludos quasi sculptū, Anthoniū Nigrum satis aptū reor
qui (vt Capelius Scæuolam) Anthonij partes tuebit di
sertissime, ego autem quia in barbaros mire ardeo, Cras
sus esse valde gestio, ducāq; mecū & Chunradū Fœlicem
nedū patronū sed fratrem meum, nec Lutheri nostri solū,
Verum omniū doctorū, inprimisq; Eobani Hessi Pœtarū
regis amantiſs: vt Sulpiciū induat, q̄q̄ dudū ille Ionæ in
star A Iurecōsultis ad Erasmos desciuerit, Tum si qui
deerunt, nos item videbimus, tu solum vt præsis ac mo
derere, Atqui rem (ais) difficilem, Quid? nisi enim
difficilis esset nec recitarem, & vtilitas parua esset,

B ij

Tu vero nisi ardentissimo ad omnia summa ingenio pla-
neq; regio esses, non equidem scriberem hæc, vererereq; ne
derideres, scire igitur aueo & quid sentias & quando pa-
lestram quoq; declamatoriã illã exedifices, nam expecta-
tione totus pendeo, De studijs vero publicis, age te virum
præstes, nec obsecro patiamur ita barbariem reuirescere,
quin occidamus, opprimamus, extirpemus contortula
Sophismata, ridiculas quæstiunculas, defendamus bonas
litteras literatosq; vice capitis, Cognoscamus seculum hoc
nostrum certe plus quã aureum, intueamur tamẽ miserã
eorum qui Musas contemnunt (vt ait Cicero) mansueti-
ores, sed iccirco, vt infantes mutiq; sint, q̄ porro pag; sciũt?
q̄ loquuntur inepte? q̄ sentiunt humiliter? q̄ intelligunt
nihil? quã nihil nisi tituli? etenim hoc me cruciat maxie,
quod nemo doctus apud istos Simios in precio est, &
tamen istos si velut soles ademeris quante tenebræ?
quæ caligo? quanta obscuritas? Quid nisi hara quedam
erit plenissima impudentissimorũ idiotarum? an tandem
quia tantos viros oderunt non ideo sint maximis honori-
bus dignissimi? Ergo tum demum sperent sese tranquil-
lam pacatamq; scholã habituros si politicissimos quosq;
maxime amauerint, fouerint, iuuerint, nam quis non ode-
rit barbarũ? Quis non veneret eloquentẽ? q̄q; sane deplor-
andos potius dicerem q̄ contemnendos, q̄ hoc vno in-
signiter miseri sunt, q̄ non intelligunt sese miseros. Ego
autem gratias ago Christo q̄ sicim infudit aliquam pes-
ctori meo incredibilem humaniorũ studiorum, siquidem
nil florentius, pulchrius, delectabilius, quibus nimirum
ad litteras diuinas fingimur, quas qui nescit, perit, qui sine
politicioribus atrectat, conspurcat, violat, contaminat,
Vide nunc inter quos versemur, & nisi dies noctesq;
cogitarimus vt rem literariam velut erigamus, quantum
ingeniorum periculum, miseria turpitudinq; oritura sit
studijs omunibus, porro si contẽptus eloquentiæ primũ

inſciciæ ſymbolum, & ſine linguarum peritiã in primisq;
grece & latine doctus eſſe poteſt nemo, & Diuinus Luthē-
rus centies nuper malle ſe trucidari dixit, q̄ ſemel verita-
tem reticere. Quis ſileat tandem? Quis non omni (quod
aiunt) celo neruiſq; inſectetur barbaros? præſertim ſi tota
vita nil aliud agunt q̄ occidunt ingenia, quippe qui præ-
poſtere inſtituit alterum, occidit, Et equidem modetiã
rem tentandam putarem niſi nihil proſus facerent, niſi
vexes, agites, atq; etiam irrideas, Cœterum vt hypocritæ
Chriſtū, ſic iſti doctiores audire nolunt, quinimo vt iſti in
homium tradiçūculas, ita noſtri in obſoletiſſima (neſcio
quæ dicam) Statuta cōiuratarunt, ſumamus & nos ani-
mū Inuiçte Rex provinciãq; literas bonas tanq̄ Euange-
lium Chriſti defendendi, non odio quidem peccati (ſint
quippe indigni etiam odio) ſed amore (inquam) inge-
niorū tam præſentium q̄ futuroꝝ, nec eos ſolum, qui nunc
ſunt curem⁹ homies, ſed eos etiam, qui futuri ſunt, ſerue-
muſq; hanc ceu legem (nō em̄ liceat a Chriſti decretis vel
latum vnguem deflectere) quidquid prodeſſe pietati, li-
teris, ingenijs, poſteris videbitur, id toto (quod dicitur)
pectore audeamus, curantes eorum qui cōtra ſtent, nemi-
nem. Quid ita? quia ſi concordia ſit, aſpirat Chriſtus etiã
O nos miſeros qui barbaros tam diu paſſi ſum⁹, O con-
cordiam ſine qua nil magni geri poteſt, Ego igitur ſtren-
nue mea om̄ia polliceor, meq; pro ſalute ingeniorū (ſi ne-
ceſſe Heſſe ſit) deuoueo, quem em̄ non miſereſceret iſtius
diuini partus Muſarū id eſt tot animorum in ſtudijs bar-
baris pereunçū? Me nulli⁹ vō tam penitet q̄ vitę ante actę,
in hſq; literis conſumptę quæ mortem ingenijs afferunt
ſempiternã. Quid? an quia ego ſic neglectus ſum in pue-
ris, paterer tandē & ceteros pari morbo interire? an quos
ſeruare poſſumus corrumpi ſinemus? Quãobrem non te
ſolum Heſſe, ſed ſimul om̄es vos, qui literis, ingenijs, vir-
tute polletis appello, ne cōmittamus videlicet vt poſteri

B in

de nobis queri possint id, quod nos de superioribus queri
iustissime possumus, Nec porro est, quod quisquam dicat,
(Scio enim ut tyrannis nil suspectius bonorum concordia ita
istos rumpi solere quoties viderint nos consentire) Hanc
sententiam esse volunt perturbatricem ordinis literarum,
Semperque antea fuisse opt: moribus: Iuventutem praeditam,
nunc autem cum literae emerferint esse corruptiss: cumque grecis
literis (ut Cato Romanus ille dixisse fertur) importatos
esse, graecos mores, Atqui quoniam barbari invidi sunt,
non possunt bene loqui, quia indocti sunt, bene de stu-
dijs iudicare non norunt, Finem faciam igitur, neque satis diu
rogo tacitum putes, aliquandoque scribendum loquendum, quod
quod vel solus facias, ut perpetuo tamen agas etiam atque etiam
obtestor, Nunc reliqua. De Luthero diuine sciote iudicare,
& enim nunc & vidimus & audiuius quantus vir sit, quod
totus pendeat e caelo, num cecineris igitur aliquid videbo
tameclum Hesium ad scribendum incitare, quid aliud quam currentem
ut dicitur? At tamen ut Lutheromastiges cernant liquidi,
quem oderint, ac bis miseri fiant, Qui sanctum Lutherum in-
sectant, dum a te quoque viderint celebrari. Quid autem noui?
Vellem Hesse charissime scires quas iste (inquam) omnis
literaturae & vere pietatis hostis tragœdias moueat, Nos vero
ut credimus cum Luthero in Christum sic non metuimus Epicu-
rum illum. Quid multis? Quid heri passus sum contumeliae,
malo te ex Croto omnium virorum candidiss: cognoscere, illud
video, nullos longius a vera pietate abesse quam eos qui capi-
ta (Si deus placet) religionis videri gaudent, Charitas in
sacerdotibus refrigit, contemnit bonam legem, negligit diuina
scriptura. Qui profiteatur Christum hac tempestate hereticus
dicit. Sic diuus Martinus, sic ego, quia cum illo equitavius,
& tu es Hesse, secundum Epicurum nostrum, Atque quoniam
Christus arundinem comminutam non defregit, nec linum fumi-
gans restinxit antequam adduceret ad victoriam iudicium, ut ait
Esaias, Quid nos miseri iudicamus ante tempus? Quid

audemus om̄iū literarū ac solide pietatis expetes? Cur tan-
tum tribuimus mortuis ceremonijs? Cur longe plus cre-
dimus in Leonē Max: q̄ Christū? Cur bullis plus q̄ veri-
tati? Quid iniquissimo iuri magis q̄ verbo dei viui? Cur
tam cœci sumus? Ergo magnus ego inscitiae & fictae pie-
tatis hostis fio, nilq; omittam (credes michi) in om̄i vita
quod vilo modo & ad literarū augmentū meliorum, euer-
sionēq; fucatae religionis pertinere videatur, Idemq; a te
Hesse doctissime nō solum requiro, verū etiā (quia potēs
es doctrinis, ingenio, literis) exigo, atq; quid om̄ibus de-
rebus ihsentias, ex te scire cupio, Vale, Ex Candida Rota.
M. D. XXI

IOANNES DRACO EOBANO HESSO
amico dulcissimo suo.

S. Non sum tui oblitus doctissime Hesse, sed gestio (cre-
de mihi) te quoq; videre & visere, Sed quid obsecro, me
absente, barbari? quid moliunt? Dñi semel omnes hostes
hūaniorū literarū perdant, O Hesse quid agit cū literis? no-
uo cōsilio opus est, quo nos (sed cōcordes simus oportet)
tot velut serpentes, id est, latrones ingeniorū enecemus, &
oro, per musas cogitemus quo. s. nō pudeat olim nos vix-
isse Etem si tam cōcordes essent docti quā sunt miserrimi
barbari nō esset quod laborarem, Ego profecto vellē esse-
mus semel vna vt de p̄muni causa literarū agerem, Nescio
quid mali bonis literis impendere video, & moleste fero,
sed viderint hostes illi studiorum Ego & tu & ceteri qui
amant Musas politiores adhuc, imo semper, vna erimus,
et siue hodie tu voles siue cras q̄cūq; vis, modo ad aliquem
e nostris, aduolo Vale & crede te mihi nūquā nec excidisse
nec posse excidere Erph; M. D. XXI.

EOBANI HESSI DE CONTEMPTU
Studiorum Querela.

Si quibus Ingenuæ demersæ fluctibus artes
 Bonæq; prorsus occidere litteræ
Si qua fuit Studijs clades inuecta, vel vnquam
 In arce honorū consistere Barbari
Hæc ego præcipue priscis conferre ruinis
 Nihil verebor execranda tempora
Quæ Studijs adimunt pietatis imagine quicquid
 Honoris ante, quicquid & laudis fuit
Namq; renascentem fidei, bona nuncia, cultum
 Dum susq; deq; spargimus boni & mali
Dumq; redit populis pietas Duce vera Luthero
 Sibiq; notam quisq; ducit Improbus
Vt fit sepe, bonos inter mala nomina surgunt
 Leui atq; inani gloriæ vacantia
Vt sapere ad populum videantur scilicet audent
 Quæ nesciere fortiter contemnere
Plurimaq; indoctæ iactant conuicia plebi
 In liciteras & artium summum decus
Atq; ita persuadent, Quis.n. miretur? auaris
 Tumultuum, suaq; sponte ad hoc malum
Propensis animis, atq; in sua damna paratis
 Et hinc ruina tristis occidentium

Hinc illi studiōꝝ hostes, Ignaua hominū fex
Iniqua semper eruditioribus
Nam quia desperant ista vnica vota bonorū
Calūniantur, execrantur, improbant
Ad sacra lingnarū dotes prodesse negantes
Satis superqꝫ posse barbaros loqui
Insita Teuthonicę diuū mysteria linguæ
Latina, Gręca, nil referre vtrū scias
Quis neget esse rudi populo satis ista tenere
Profata Christiana quāuis barbare
At quibus incubuit populū labor illa doceri
Vel hæc vel illa causa non tuebitur
Quo minus ingenij cultū, linguæqꝫ nitorem
Nec vnus nec inf uauis exigam
Eloquio infantū ditat sapientia linguas
Quis hoc negarit esse verius nihil
Munere cœlesti sed .n. datur esse disertis
Ad hoc paratis non inertibus viris
Linguarū superet iam nulla pericia, cessent
Iam litteræ artiū bonarū vindices
Quis dabit vt maneat nostros ea cura nepotes
Vt hoc agant, & hoc sequantur posterī
Quod proauī nobis, nos inde relinquimus illis
Mores honestis cognitos ab artibus
Quin video, & certa video ratione, futurū

C

Vt occidant & opprimantur omnia
Omnia quę studijs aliquem peperere decorem
Quibusq; vera vita constitit probe
Nam semel ereptas populi malus error habenas
Vt occuparit, ecquis auferet malis?
Quandoquidē studijs genus haud infestius ullū est
Quā qui fere distant ab his longissime
Horū stulticiā fouet indulgentia, quorū
Placere vulgo cura sola & vnica est
Quos leuis ambitio, quos gloria vana comedit
Quos mouit aura blandientis gratiæ
Heu pudet, & verū est, sunt qui sub imagine veri
Amoliuntur vera, falsa seminant
Turpiter audentes studia exprobrare Iuuentę
Honestā digna Christianis omnibus
Quis sine sacra situ moerent obducta perhennī
Silentq; cassa lumine eloquentiæ
Quod si desierit sacra illustrare, profecto
Latebit ipsa concidetq; veritas
Atq; ita cū studijs terras neglecta relinquet
Stare impotens ni sustinerent litteræ,
Tempora quā metuo reditura in nostra Scotog
Inertiūq; barbarorum Sæcula
Quandoquidē indoctis permittit esse, quod audent
Humaniorūq; litterarū osoribus

Spes tñ est illis ducibus feditura bonatū
Colenda regna, scepra, lumen artiū
Nempe illis ducibus quibus isti nuper abusi
Fere negatas perdidere litteras
Quare age diuinis studijs addicta iuuentus
Prophana ne relinque, neue spreueris
Hæc tibi ad ista viam facient, qua scilicet ire
Si forte non timebis, ibis optime
At tu parce odijs, & que tibi deesse dolebas
Nobis faueto gloriose Zoile
Meq; fer hæc proprio studioꝝ nomine questū
Si pergis haud queremur armati, caue

AD MAGNIFICVM SENATVM ER-
phurdiēsem pro instauratione collapsæ
Scholæ studioꝝ Eobani Hessi
Adhortatio,

Sepe graues dubijs nutarunt casibus vrbes
Quasatae q; domus, nec cecidere tamen
Languida sepe suæ rediere in corpora vires
Sepe salus præter spem recidiua venit
Quod si tam libeat, quā possumus, ista probare
Quem dabis exemplis nostra Thalia modū?
Quidue peregrinis cumulare domestica prodest?
Nulla magis læso quā sua plaga dolet

C ij

Ipsa suas & regna vices & tempora mutant
Quis veter hac vrbes condicione trahi?
Rebus in humanis ludit, lasciuit, & errat
Nixa volubilibus lubrica Diua rotis
Atq; ita nobiscū vires experta potentes
Qua modo spirabat blandior aura fuit,
Inclyta iam nimis Erphurdia fracta procellis
Sorte videbatur cōmodiore frui
Iam velut optatū spectabat naufraga portū
Innumerabilibus fluctibus icta ratis
Horridus incubuit Boreas, & nubibus Ausfer
Tempestas subitā condidit atra diem
Parce tñ dubijs inuoluere vera, tuoq;
Quæ canis Vranie carmina, more cane
Vos quibus est cōmissa salus & cura regendæ
Huius vt emineāt, quā loquor, Urbis opes
Consilijs quorū veterem Respublica casum
Sarcit, & vtilibus dāna priora leuat
Conscriptiq; patres, lectiq; sacerq; Senatus
Res mihi vobiscū est, vos mea verba petunt
Debuit hoc etiā vestris accedere fati
Huius vt occideret maximus vrbis honor?
Vt velut e manibus maiorū tradita, vobis
Eriperent aliæ commoda vestra manus,
Vt quā tot, proavi voluerunt dotibus auctam

Vos maneant vestrae damna pudenda scholae
Qua quantum multis Erphurdia floreat annis
Vtraque iam phœbi Regia scire potest
Quæ nunc ægra suæ florem cecidisse Iuuentem
Mœeret honoratum puluere sparsa caput
Quippe iacent studia, ingenij laus omnis adempta est
Non est ingenuis artibus ullus honor
Sed velut indoctæ sint facta opprobria plebi
Dicuntur sacris esse venena libris
Atque adeo nusquam magis hæc sentina malorum
Non alibi pestis foedius ista furit
Non fat erat veteres rerum vidisse ruinas
Non tanquam patriæ composuisse rogam
Non satis extinctæ cineres legisse, nouamque
Ceu de reliquijs constituisse suis
Hoc nisi triste malum vos inuasisset, & omni
Parte laborantes depopulasset opes
Qua tamen hæc culpa, quorumque venire querendum est
Quæ mala nunc vestri causa doloris erant
Non mala vis hominum, non vestra incuria patres
Non aliqua cœlum pestilente nocens
Non neglectus honor studiorum, aut imperbus ordo
Vis alia accepti vulneris author erat
Nuper ut adseruit Christo sua signa Lutherus
Rhomanique tulit friuola regna patris
C ij

Iamq; satis populum multū doctiq; docerent
Quorū clara patent nomina mille locis
Irrepere nouis studiorū fraudibus hostes
Turba satis ficta simplicitate potens
Qui quoniā studijs nihil insumpsere laboris
Nec nisi barbarica garrulitate valent
Hactenus abiecti, miserū & sine nomine vulgus
Inscitiæ in pœnā delituere suæ
Nūc quæredi aliquos, ceu nacti tempus, honores.
Artibus indicunt bella nefanda bonis
Inuenere etiā qui non modo cepta probarent
Verū etiam auxilijs prosequerentur opus
Nam quis non videat studijs, eademq; professis
Maxima pars populi quā sit amica parū
Opportuna malis ergo ignorantia vulgi
Huic fomenta igni materiamq; dedit
Qui quia tam late est in proxima quæq; vagatus
Non facile extingui qualibet arte potest
Vestro opus auxilio, vobis ea cura relicta est
Sicq; utinā, certe debuit esse, patres,
Aspicite ut iaceant istæ sine honoribus artes
Maxima quæ vobis gloria nuper erant
Ut tacet nostræ quantas inuenerit Vibi
Diuitias, huius prodiga fama Scholæ
Hoc dicā, vos nulla magis cōmertia rerū

Gentibus externis concillasse liquet
Vera magis Pythij non sunt oracula phœbi
Quā mea vix aliquā verba habitura fidem
Quā late, quā longa patet Germania, nusquā
Fama obscura Scholæ nominis huius erat
Namq; omni circū confluit ab orbe Iuventus
Ceu data pacificæ pignora amicitia
Quæ cū diuitias multos huc vsq; per annos
Intulerit multas, extulit inde nihil
Permutatio opum ciues exhaurit & urbem
Sepeq; res vanis mercibus empta perie
Hæc minime fallunt, hæc certa negocia ciues
Pauperie, nullo fœnore facta, leuant
Adde quod a studijs Respublica floret, at illis
Si careat, verū non habet illa decus
Quæ nunc vana animos dementia fregit, vt essent
Quorundā fallax qui sequerentur iter
Inde quid? Inuidiæ, fraudes, discordia, sectæ
Falsaq; libertas, & simulata fides,
Multa referre piget, puduit quoq; talia, verum
Me studiorū isthæc scribere iussit amor
Nec voluit pius ista seri documenta Lutherus
Sed quid agat? pondus grandius ille tulit
Non potuit leuibus leges præscribere linguis
Quæ grauib; propria sponte venire solent

Nū alijs curis exercuit atea **Christi**
Horrea multiplici dū sacra messe grauat
Vester hic ergo labor, vestrū hoc opus, Urbis honorē
Quā colitis prompta restituisse manu
Quod facile est studijs ab iniqua clade redemptis
Reddere, prædones quod rapuere decus
Ergo agite adscriptiq; patres & lecte Senatus
Vestræ cōuulsas adserite vrbis opes
Reddite quem studijs ferus abstulit hostis honorē
Reddite labentis prodita regna Scholæ
Inter tot pudeat probra & hæc ludibria passos
Quæ vix simplicitas debuit vlla pati
Errorem populi pudeat, fraudisq; malorū
Sit satis armatas non habuisse manus
Sit satis ista palam scelerū licuisse ministris
Iam libeat nugis imposuisse modum
Et quod oues decuit pro munere sanguinis emptas
Ex omni vrgentes parte cauetē lupos
Neu populi sanctos incauta licentia mores
Exuat, & falso libera, peius amet,
Inclyta neue Scholæ pereuntis gloria cesser
Hic ego per superos vos monuisse velim
Quoq; modo id fiat non est graue dicere, verū
Velle satis magni ponderis instar habet
Velle prius liqueat, cum qua ratione resurgat

In promptu est miseræ dicere fama Scholæ
Vester honos agitur, vestrū decus, oīa vobis
Scribimus hæc, vobis consilia ista damus
Ipse licet vestræ sim vix quota portio plebis
Ferre aliquid poterit pars quota forsan opis
Consilia exiguæ modo ne cōtemnite Musæ
Sepe etiā magnos parua iuuare solent,
Quod si forte Scholæ sortem casumq; doletis
Hanc velut e tenebris vos reuocasse canā
Viuite concordēs in tanta negocia nati
Et patriæ meritis talibus este patres.)

AD IVDOCVMIONAM DE CASV
studiorum Ode. E. H.

Iona bonorū gloria nominū
Decusq; nostrū, cui deus obtulit
Florem Iuuentæ possidentis
Omnia quæ faciant beatū
Vidi & relegi qualia scripseris
Scholæ occidentis quā doleas vicē
Sic heu petitę barbarorum
Morsibus, inuidia, veneno
Cladem ruina non satiabilem
Vlloq; vinci milite nesciam
Amice deploras fideli


Cv

Pectore, conquererisq; iuste
Ut ille rapta cōiuge Thracius
Lyrae Magister, flebilibus modis
Frustra recantatos amores
Dite preces fugiente, luxit
Hæc certa lex, & dura necessitas
Quāuis iniqua est, Sed tamen accidit
Ut pessimi semper bonorū
Nominibus studeant nocere
An forte nescis hanc miserabilem
Cladem bonorū? nūquid & antea
Expertus insanū furorem
Prodigia ista cruenta rides?
Quando sibi ipsis carnificina sunt
Se præter ipsos non aliquē præmūt
Ceu plena flammarū procellis
Pallida Vesuuū uorago
Aut Aethna, tristis Regia fulminū
Ipsam suis se conficit ignibus
Quos nullus extinguat refuso
Iuppiter Oceano per Orbem
Sinamus istos desipere, & suis
Perire flammis, Nos fatuas aues
Linguas mouentes rideamus
progeniti meliore fato

Eiusdem ad hūaniores literas Adhortatio

Quo vana tandem molliū dicta auriū?
Quid vsq; nugas tam probare rancidas,
Modū ne tandem barbaris ineptijs
Et improbū domabimus cupidinem?
Nam quid repertis frugibus glandem sequi
Vuisq;, præstat Acheloa amare cornua
Dulces Ephebi dū luuenta florida est
Dū vernat ætas, & viret pubes calor
Multū interest quā quisq; sectetur viā
Qualem senectā vel probet vel non probet
Sed heu Deorū quæ sit inclementia
Mala opprobamus, improbamus optima

Erphurdie Imprimebat Mattheus Pictor
Anno. M. D. XXIII. ad festum
Diuini Ternionis.



Handwritten text in a historical script, likely Latin or German, arranged in several lines. The text is extremely faint and difficult to read due to fading and bleed-through.

Handwritten text, possibly a signature or a date, located in the middle of the page. It is also very faint and illegible.



46735

AB 46735

ULB Halle 3
003 875 881



Sb.





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



DE NON CONTEMNENDIS
 Studijs hūaniorib⁹ futuro The/
 ologo maxime necessarijs ali/
 quot clarorū virorum ad
 Eobanū Hessum
 Epistola.

D. Martini Lutheri vna
 Philippi Melanchthonis duæ
 Petri Mosellani vna
 Iodoci Ionæ vna
 Ioannis Draconis duæ
 Hessi vna ad magnificū .D. Georgiū
 Sturtz Rectorem Gymnasiij,
 Eiusdē de Contēptu studiosꝝ Ode vna
 Eiusdem ad magnificum Senatū Er/
 phurdiensem παρακλησις Carmine
 Elegiaco,

Cum quibusdam alijs.

*Conrado Knobelke Schumburgensis
 et vniuersi possessoris huius libri 1570*